



In Nomine Domini Amen.

STATUTA

Seminarii Episcopalis Academico-Diœcesani.

ex

ERECTIONE

Celsissimi Sanctæ Memoriæ Principis Andreæ Stanislai Kostka Comitis in Załuskie Załuski Episcopi Cracoviensis Ducis Severiæ, Equitis Aquilæ Albæ, Universitatis Cracoviensis longè faventissimi Cancellarii, ac ejusdem Seminarii penes Universitatem Munificentissimi Fundatoris.

EXTRACTA

Quæ

Ut firmius observentur, semperq̀ præ oculis habeantur, ne ignorantia eorum, ab observatione quempiam excuset, hoc modo propter usum Alumnorum et Directorum præfati Seminarii.

Ad Notitiam

Anno. Deducta 1759.

STATUTUM. Imum

Ad Susceptionem Alumnorum pertinens

Imò. Alumnus ad Seminarium aspirans, prius producat Testimonia suæ Conversationis totius vitæ et Studiorum. Item Literas Legitimi Ortûs, Item Testimonium suæ Inscriptionis, in Album Universitatis, 2dò. Examen subeat ex Artibus humanioribus usq ad Dialecticam inclusivè, ut inde cognoscatur capacitas ulterioris ad studia altiora applicationis 3tiò. Inquiratur de voluntate permanendi in Eodem Seminario per integrum quinquennium cum seria ad Studia Philosophica et Theologica applicatione. 4tò. Cognoscatur per examen, an sinceram habeat voluntatem suo tempore, quod sibi à Superioribus Seminarii designabitur, ad Sacros Ordines promovendi. Alias in Casu redeundi ad Statum Secularem vel ante quinquennium è Seminario egrediendi, aut suâ culpâ, ab eo ejici unusquisq obligatus erit expensas per integrum Tempus Mansionis suæ resarciendi et compensandi. 5tò. nullus admittetur ad Seminarium nisi habitu Clericali decenti indutus, habeatq lectisternium decens, et Libros ad Studium

Semi

Seminarii pertinentes. 6to Iam susceptus, Missam de Spiritu Sancto audiat, Confessionem suorum peccatorum praemittat, SS. Eucharistiam sumat, Deo se commendet, Intercessionem Sanctissimae Virginis Mariae Sanctorum Patronorum, praesertim Beati Joannis Cantii devotè imploret, ut sanctam intentionem suam exercendi se in Seminario in Virtutibus et Scientiis, ad Solius Dei Gloriam, ad utilitatem Sanctae Ecclesiae, ad animae suae et proximorum salutem unicè impendat. Poteritque in hunc Finem trium dierum recollectiones praemittere. 7mò

Vide ad fin. fidei Profess. Ingressurus Alumnus professionem Fidei Catholicae et Juramentum Obedientiae suis Superioribus, observationis Statutorum faciet. Quibus peractis in Album Alumnorum, cum annotatione Nominis, Cognominis, Aetatis, Conditionis, Patriae Sponsorum inscribetur. 8vò Non erunt admissibiles ad Seminarium irregulares ex delicto, vel ex defectu, nisi cum ipsis priùs dispensatum fuerit: neque illi, qui censuris innodati sunt, nisi absoluti; neque illi qui ad ratiocinia obligantur, nisi satisfecerint,

neque

neq Extradiecesani, nisi dimissorias produxe-
rint, neq morbo alicui subjecti aut vitio præ-
vertim litigiis et ebrietati. 9nò Alumnis idi-
us Seminarii licebit ad gradus promotionis
in Philosophia promoveri aut etiam in su-
perioribus Facultatibus Theologica sive
Juridica. 10mò More Alumnatûs Roma-
ni unusquisq occupabit Locum in et extra
Seminarium juxta permanentiæ antiquita-
tem: Subdiaconi tamen constitutis in Mino-
ribus ordinibus, Diaconi Subdiaconis, Presby-
teri Diaconis præcedent.

STATUTUM 2dum

De Temporis distributione

Hæc quæ sequitur Temporis Ordinatio, intel-
ligenda est pro diebus, quibus Lectiones in
Universitate currunt, quæ aliîs diebûs pau-
lo variabitur, ut ex ulteriori ordinatio-
ne constabit.

Hora Matutina

Horâ 5ta. auditâ, et mox dato signo Cam-
panâ per excitatorem, quod officium septi-
manale erit, ut omnes per turnum atten-
dant, surgant Alumni, quorum Cubicula
finito pulsu idem Excitator visitabit ac
pulsatis foribus singulos per Verba: Lau-
detur Jesus Christus excitabit, ita; ut

ut respondeant, Amen, quibus et lucem, si opus fuerit, accendet, sicque excitati lectum ordinent, vese vestient, ut tam decenter ad Oratorium descendant, hoc faciendum erit per dimidiam horam. Ad punctum duorum pro sexta quadrantum, immediatè datur signum Campanâ ac omnes et singuli sinè ulla mora in silentio et modestia descendunt ad Oratorium, ubi finitis Orationibus Matutinis, punctatim legitur materia meditationis, quæ durat ad horam sextam. Festis autem, et Dominicis paulò diutius. Horâ 6tâ Ad Templum Divæ Annæ pro audienda Missa omnes conveniunt # comitante eos uno Dominorum Professorum, qua finita omnes redeunt ad Seminarium eodem modo, quo venerunt. Hora 8va 9na et 10ma ad Ecclesiam assignantur pro audiendis Lectionibus in Universitate, quas autem singuli Alumni audiunt in sorsiva Tabula annotabitur. Qui verò harum, aliqua horâ lectionem non audiunt, prosequunt audisas materiasque sibi pro Concionibus aut Catechismis in futurum disponunt. Hora 10mâ ad 11mam pro pomeridiana conferentia assignatam Quaestionem legent, quilibet enim debet esse para

nisi in sacello eam audierint.

Clar. director Clericorum singulis mensibus lectiones videre debit singulari die quo placuerit, et circa ordinatione informabit D. Praefectum de diligentia auditorum lectionum et negligentia.

tus

tus sive ad respondendum, sive ad proponendum, ideo pro ea nullus determinatur. Interea Lector et Portator adjuvante Dispensatore ac Tortiano tegunt mensas, et alia ad prandium necessaria praeparant. **Horâ 11mâ** Datô signô campanae Omnes ad Refectorium ubi jam omnia in suo Ordine debent inveniri, ad prandium parata, in silentio, modestè conveniunt, omnibusq́ comparentibus fit Mensae benedictio. Mox praemittitur Lectio Martyrologii si non fuit in Horis lectum. Postea legitur Caput vel pars Capitis ex Sacra Scriptura, demùm ex Cathedra per totum prandium legitur vita in eundem diem incidens alicujus Sancti; et si tempus superest, leguntur Annales Ecclesiastici, vel quod oportunum assignabitur. Finitur prandium gratiarum actione cum hoc addito Animae Benefactorum Nostrorum per misericordiam Dei requiescant in pace, caeterîs respondentibus, Amen. Finitâ primâ mensâ Lector Portator aliiq́ ex causa rationabili absentes, ad secundam Mensam prandere tenentur, alio Lectionem Sacram continuante. **Hora 12mâ** Fit pausa ad primam potest fieri Exercitium Cantus.

Hora Pomeridiana.

Horâ 1ma Datô signô Campanae omnes

cum

cum Modestia ad Scholam conveniunt, fitq con
ferentia seu exercitatio, ex auditis Lectioni
bus Cursuum Philosophici et Theologicorum
alternatim. Pro quibus Materia pro in
tegra Septimana descripta invenientur
in Tabella, ne quis praetendat ignoranti
am. Hora 2da. 3tia et 4ta impendun
tur audiendis in Universitate Lectionibus
Philosophicis ac Theologicis. 5tâ Horâ
Leguntur Theologi Morales pro Conferen
tia ad resolvendos Casus conscientiae. Lector
interea et Portator adjuvante Dispensa
tore ac Portiano tegunt Mensas ac nec
cessaria ad coenam praeparant. Horâ
6tâ Coena sub cujus tractu fit Lectio
Spiritualis, sicut et in prandio. Quâ
finitâ Lector et alii absentes ad secun
dam Mensam coenabunt. Horâ 7mâ
Fit Conferentia in qua proponuntur
et resolvuntur definitiones, divisio
nes, difficultates ad eam pertinentes,
atq casus Conscientiae ex variis ma
teriis successivè. dirigente semper
Easdem conferentias utrasq uno Comi

nomi

Dominorum Professorum ac difficultates illustrante facilitante. Horâ 8va Examen Conscientiae, quo finito praelegitur materia Meditationis pro die sequenti. Horâ 9nâ audito signo Campanae fit mox altum silentium Candelae extinguuntur, ac omnes cubitum pergunt, extra quam horam nulli licebit sine speciali facultate in cubiculo lucem tenere.

Exceptio prima pro Feriis Quintis et 3tiis

His diebus x loco Conferentiae horâ 1ma
x in Crisinovis feriis 5tis 1ma vel 3tia [illegible]
fit exercitium in Cantu Gregoriano. In quas ferias si Festum inciderit, tunc perdicta Concione, idem exercitium Sanctûs observabitur.

Exceptio secunda pro Diebus Sabbathi.

His diebus horâ sexta aut paulò post Cum finita Meditatione dicuntur fructus Spirituales ex ea, post hos recitantur horae Canonicae, Prima, Tertia Sexta Nona, servatis pausis.

Horâ 7ma praeleguntur Axiomata et

quae

Quæstiones in Actu Philosophico tractan
dæ. Horâ Octava Missam in Eccle
sia d. Anna audient. Hora Nona ad mediam
Undecimam Actui Philosophico ade
runt parati, si Opus fuerit, ad reassu
mendum Argumenta Clarissimi
Decani; Iisdemque quoque diebus horâ
prima in Cærimoniis Ecclesiæ exerce
buntur. Finitis Cærimoniis Lectio:
nes eruditas legent, aliosque libros, anno:
tantes sibi Materias necessarias.
Iisdemque quoque diebus, post examen Con
scientiæ Defectus et Negligentias, si quas
aliquis Venerabilium Alumnorum
in Septimana admisit, Unus Domi
norum Professorum cum charitati
va admonitione et ad virtutem exhor
tatione commemorabit, jam in simili
vitio aliquoties admonitos et non
emendatos pœna corrigiet.

Exceptio Tertia pro Diebus Dominicis

Post meditationem, post fructum spi
ritualem postque recitatas Horas Cano:
nicas, ab Horâ Septima ad octa
vam pro Cathesi, quæ per turnum sul

lo excepto absolvendas erit se praeparabunt,
et memoriae mandabunt, alii doctri
nam praecedentem Rubricarum in
memoriam revocabunt. Horâ octa-
va ad Ecclesiam pro missa audien
da ac Concione, ac ad assistendum Pro-
cessioni in Superpelliceis. Quâ fini-
tâ ad Seminarium omnes redibunt,
comitante eos unô Dominorum Pro-
fessorum. et prandijs finitô Catechi-
smô Rubrica ex Metato exponetur.
Horâ autem tertia ad quartam actui
Philosophico aderunt. Horâ quartâ
Vesperas, cum Completorio et Matutinô
pro die sequenti recitabunt.

Exceptio quarta pro Festis

His ab Hora septima ad octavam praelegent
auditas Lectiones, alii Conciones discent, alii
materias sibi necessarias ex Lectione Libro
rum praeparabunt. Horâ octavâ et ultra
ita ut die Dominico. A prandijs horâ Prima
Concio, quae per singulos per turnum haben
da erit; quâ finitâ in Historia Universali

vel

vel in Chronologia Mundi, vel in Historia Originis, Durationis, exitûs hæresûm et Schismatum exercebuntur.

STATUTUM 3tium

De quibusdam Alumnorum Regulis.

Regula 1ma. Sacras Confessiones singulis Septimanis, aut circiter facient, ac Sanctissimam Eucharistiam in Missa Solemni omnes Superpellicati bini ac bini sument, adquam reverenter, vultu modesto, et junctis manibus accedent. Sacras autem Confessiones ante Concionem expedient. 2da de non admittendis extraneis. Extraneæ Personæ ad Cubicula Seminaristarum sine manifesta necessitate non admittantur. Quodsi aliquid cum Extraneo conferre voluerit Alumnus, id ante Cubiculum aut ante portam Seminarii absq̀ longa mora fiat. 3tia Cursitationes clamorosæ per curritoria fieri prohibentur

tur, sed silentio servato, incedant Alumni 4ta de Diebus Silentiorum.

Diebus Silentiorum, quibus studia in Universitate vacant, Horâ 9nâ exercebuntur in Cæremonijs Sacris practicè. Horâ verò 2dâ pomeridianâ exercitationes ex auditis lectionibus et ex Historia Ecclesiastica. 5ta de Clausura Seminarii.

Exercitia per sapientes [illegible] Dalitelt mande et a praemissis

Porta Seminarii semper Clausa habeatur, cujus Custos sit aliquis puer modestus, aut seniculus sobrius, qui Clavem semper teneat, aperiatque et claudat cui opus fuerit. Horâ autem 6ta ~~[illegible]~~ hyeme, horâ 7ma ~~[illegible]~~ æstate, Clavem à porta referet ad Superiorem Seminarii. x Neminem verò post occasum Solis licebit extra Seminarium permanere, nedum magis pernoctare sub pœna amissionis loci. 6ta De Magistris ac Baccalaureis.

x Superiori Seminarii omni tempore liberam dabit, ut clavis in porta ad se deferatur

NB de pernoctatione extra Seminarium

Magistri sive Baccalaurei Philosophiæ, qui se ad ascensus in Philosophia obtinenda

da

Excipitur tamen hora prima pomeridiana, à dictatione alicujus lectionis, ne à conferentiis absentetur aliquis

dos applicare voluerint, Lectiones dictandas in tempore accipient, quibus horis liberi erunt ab exercitiis Seminarii illam horam respicientibus.# Quodsi Actus Philosophicus sive in superiori, sive in Inferiori Lectorio per aliquem eorum ex turno absolvendus fuerit, tunc per duas Septimanas à binis de die Conferentiis liberabitur. Si verò Decisio quaestionis Physicae, aut Politicae per aliquem Baccalaureum expedienda erit, tunc per unam hebdomadam ab hoc onere cum eo dispensabitur, non tamen ab alijs officijs. Demùm si ex Classe quispiam disputabit, hoc solùm die liber erit.

7ma de Loco Prandendi et coenandi.

Locus prandendi et coenandi communis esto Refectorium, extra quod nulli licebit prandia aut coenas manducare, nisi in aegritudine. Quodsi contingat aliquem cum superioris licentia egredi, et pro hora prandii aut coenae non reverti in eodemmet Refectorio, et non alibi ad

se

ad secundam Mensam, quæ in Prandio ad Duodecimam, in Cœna ad Septimam duntaxat durabit, manducare tenebitur. Aliàs si tardiùs venerit, de portione relicta non participabit. 8va. de Ecclesia pro Devotionibus. Nulli Alumnorum licebit alienas Ecclesias visitare, sed audire Missam, Confessiones absolvere, Sanctissimam Eucharistiam sumere, Concioni adesse in Ecclesia solùm Collegiata Divæ Annæ permittitur; nisi cum aliquo ex rationabili causa, quod rarum sit, dispensabitur. 9na. de Alumnis quarti et Quinti Anni. Hi liberi erunt à pulsando, excitando, à portando, ab officijs Minoribus s. nisi in defectu aliorum; officia tamen Diaconi et Subdiaconi officia Directoris Cærimoniarum Cantûs et alia in Seminario subire tenebuntur,

[margin: tum Ecclia S. Ae- [illegible] gidij permittitur]

semper

semperq ex ijs unus vel duo Directores, unus Cærimoniarum, alter Cantûs designabitur qui in his præstantiores erunt, unô autem horum cessante, alter mox assignabitur. 10ma de annotandis Alumnorum officijs, et Lectionibus auditis, et Materijs Conferentiarum. Sicut Lectiones Alumnorum, quas in Universitate audiunt, ita officia Recitatoris, Lectoris, Portatoris, et materia Conferentiarum, officia in Ecclesia obeunda, ut Diaconi, Subdiaconi, Acolythi, Thuriferarii, &c. in Tabula cum specificatione Personarum annotabuntur. Officia autem in Ecclesia obeunda pridie diei coram Directore Cærimoniarum, et Cantûs prius practicabuntur, immediatè post prandium, ante conferentiam. 11ma De licentia ad exeundum de Seminario

nul

Nulli Alumnorum licebit in quacunq̀
necessitate extrà Seminarium exire,
sine expressa facultate Superioris,
quæ ex rationabili solùm causa con:
cedetur, assignatô ad arbitrium Supe:
rioris Socio, et tempore commorandi
determinato; Rediens verò tenebitur
immediatè præsentare se cum Socio,
Superiori; suumq̀ sic manifestare
reditum. **12ma De Modestia et
Sobrietate servanda ac de discolis.**

Omnes Alumni tenentur se in per
petua modestia continere, nullos
strepitus, vociferationes, aut rixas
exercere, obedientiam ~~[illegible]~~, sine
murmuratione, Sobrietatem tàm domi
quàm foris servare nec ullos inebriantes
liquores in cubiculis furtivè retine
re: licebit. Aliàs de præmissis Convictus
Alumnus primò admoneatur Edo

pro

puniatur, 3tio non emendatus sine Testimonio, et sine spe redeundi, dimittatur. [illegible] Idem faciendum erit, si quis Alumnorum Discolus, rixosus, vagus, lusor, vel alio crimine, notatus invenietur.

13tia De Cathalogo Alumnorum.

Alumnorum Catalogus, sit semper in Seminario, in quem finem liber comparabitur, in quo Nomen, Cognomen, dies ingressus, Testimonia, et commendator inscribetur, quemadmodum et egressus ex Seminario, cum annotatione an se laudabiliter in Seminario gesserit, et quem ac quantum in Studijs profectum fecerit.

14ta De Tempore Recollectionum.

Pro Alumnis

Omnes et singuli Alumnorum semel in Anno tenentur Sacras Recollectiones absolvere, idq; in Quadrage-

sima

sima, in hebdomada Passionis. Quodsi aliqui, vel aliquis simul cum alijs id præstare non possit, ex justa causa, alio tempore sibi designando à Superiore intra huncce annum absolvere tenebitur, aut tenebuntur. 15ta De promovendis Alumnis ad Sacros Ordines.

Completô bienniô promovebuntur ad Sacros Ordines, ita, ut servent interstitia à Sacris Canonibus præscripta, atq; post susceptum Presbyteratum, aliquo tempore in Seminario permaneant, potius Studii ac Majoris perfectionis acquirendæ gratiâ. Pridie autem examinis

revideantur singulorum requisita ad examen, et tunc primum inscribantur in Catalogum examinandorum. **A 16ta De Negligentib.**

Quisquis Alumnorum Studia neglexerit post praemissam admonitionem unam et alteram puniatur, si non se emendaverit vel scientiarum incapax fuerit, ex Seminario honeste dimittatur, prius tamen compensabit expensas Seminario, neq ita dimissi procurabunt per Personas externas restitutionem sui. **A 17ma**

De Recreationibus. Dies Re-

cre

recreationum pro Alumnorum commodo, sic per menses disponuntur. In Januario dies 20 et 25. In Februario dies 6ta, In Martio dies 1ma, et 12ma; In Aprili dies 25ta; In Majo dies 4ta, 16, et 31ma; In Junio Octava Sacratissimi Corporis, et dies 27ma; In Julio dies 15ta, In Augusto Vacationes. In Septembri 1ma & 28va. In Octobri dies 16ta; In Novembri dies 22da. et 19na, In Decembri dies 1ma.

Regula quaedam pro diebus Recreationum

1ma. Alumni omnes simul ad deambulandum per campum, vel ad hortum ibunt, comitante eos uno Dominorum Professorum, ita, ut revertantur pro prandio, nisi fortè, in horto commodè prandere potuerint, sicq; tota die honestè et mo

destè

deste recreabuntur. 2da Si diem recreationis tempestas, aut quid impedierit, in Seminario habebunt recreationem, vel aliquam Ecclesiam visitabunt. 3tia Sub tempus Recreationis, non licebit Alumnis per Urbem cursitare, lapideas visitare, nisi id justum Superior judicaverit. 4ta Tempore quadragesimali et jejunii, de praecepto in Seminario se continebunt, vel aliquam Ecclesiam visitabunt.

18va De Tempore Vacationum.

Tempus Vacationum à Festo S. Margarethae Virginis et Martyris inchoatur, duratque ad Festum Sancti Bartholomaei inclusivè, ita ut postridie in Seminario inveniri

debe

debeant Alumni, facultas tamen di-
scedendi non datur usq; postridie Fe-
sti Sanctæ Annæ præsertim ex Fun-
datione participantibus. **19na** De
lectione Statutorum. Ne aliqui
prætendant ignorantiam obser-
vandorum in Seminario, legen-
tur hæc Statuta, quæ ad Alumnos
pertinent ipso die Circumcisio-
nis Dominicæ, singulis Annis, x
idq; post finitam Concionem, et
præterea, dum aliquis de novo
susceptus est ad Seminarium.

(margin note: x [illegible] et singulis [illegible] delecto.)

20ma Seminarii Superior ha-
beat apud se duplicatas claves à
cubiculis Alumnorum, et armari-
olis ut cùm sibi visum fuerit, cu-
bicula visitare possit, et armariola

re

Videre nèquid ibi illiciti reperiatur.

21ma Ministri et officiales, quoties assignandi sunt ad obsequia Ecclesiae, legantur die praecedenti, post mensam de nomine et cognomine unusquisque cum suis officiis ad quae deputatur, addaturque quod post mensam teneantur convenire ad Oratorium, ut ibi coram Magistro Caerimoniarum Caerimonias et Cantum probent.

(Margin: hoc in lege de fori [illegible] pro his officiis coram Episcopo peragendis)

22da Alumni ex auditis Lectionibus in Universitate, debent esse parati ad suscipiendas disputationes, quae singulis mensibus absolvuntur, vel ad alias magis publicas ad quas hospites invitari solent, ut sic in

ge

ingenii sui documenta pro honore Seminarii monstrent. 23tia

Diebus silentiorum quibus vacant Lectiones in Universitate horâ tertia ad quartam post meridiem fiant inter Seminaristas privatae Disputationes ex auditis Lectionibus Philosophicis, et Theologicis alternatim, quibus praesidebit unus Convictorum Professorum, qui ante tres dies, quaestionem pro materia disputationis extradet, et in Tabula describet, ut omnes praeter assignatos ad disputationem legant. 24ta.

[illegible] ipsos [illegible] tam post [illegible] expedi[illegible] professores [illegible] debit.

Nemo de Seminario tanquam de Domo sua altrice quidpiam loquatur, ejusq̃ exercitia quasi onerosa quae

bo

bonis jugum sunt suave et leve, exaggeres, cùm omnia Disciplinam Sanctam, et Statui Clericali convenientem ac necessariam contineant.

STATUTUM 4tum
Continens Regulas Recollectionum.

1ma Quicunq̀ ad Seminarium recurrunt ad absolvenda Spiritualia exercitia, hæc omnia servabunt, quæ jam sunt prædicata ab alijs, nempè horas distributas diligenter custodient, quid in unaquaq̀ agendum sit, eaq̀ fideliter exequentur, silentium perpetuum servabunt, nulla negocia temporalia tractabunt.

2da Quodsi tales Recollectio-

nes

nes ad Ordines suscipiendos absolventur,
quinque diebus perficientur, sexto autem
die, necessaria sibi ad Ordinationem pro
videbunt, ideò, hoc die admonebuntur
in quibus debent esse parati, ac de
intentione facienda ac de materia
Ordinis ac de officio admonebun:
tur. 3tia Si contingat aliquos
extraneos ad Presbyteratum
accedere ad Seminarium, tales
exercendi erunt per quatuor septi
manas. 1ma Septimana discent
Orationes ad Missam, sive priva:
tam sive solennem, pertinentes
et Rubricas Missæ legent. 2da
legent Rubricas et exercebuntur
in thurificationibus in Sacra
mentorum Baptismi, Pœniten
tiæ Eucharistiæ Extremæ Unctionis

et

et matrimonii administratione.
in praxi absolutionis pro mortuis,
in benedictionibus, in processio:
nibus, quæ sunt in illis observan:
da. 3tia Legent easdem Rubri
cas, et exercebuntur in praxi cele
brandæ Missæ privatæ et solemnis
etiam Defunctorum. His autem
tribus hebdomadis tenebun:
tur adesse recitationi Hora:
rum Canonicarum Cantui, con
ferentiis pro quibus expositas
Materias legent, Meditatio:
ni Matutinæ, et examini con:
scientiæ vespertino 4tâ denique
Soli spiritus recollectioni incum:
bent, omniaque servabunt dicta
sub regula prima. 4ta. Quo
ties ad Sacras Recollectiones, sivè
ad

ex Cleroquis, sive ex saecularibus Viris re-
curret, est suscipiendus, cui materia
Meditationum pro ratione temporis,
Status, Personae praescribentur. Dire-
ctor autem Spiritus bis de die pro spi-
rituali conferentia tales visitabit. Illis
quoq; unus Alumnorum superadde-
tur ut euntes ad Ecclesiam Divae
Annae et redeuntes comitetur.

STATUTUM 5tum.

De Directoribus Seminarii.

Ut bono Ordine res currant in Semi-
nario, neq; unam Personam negotia
aggravent: ideò Officia in singulos
sic distribuimus.

PRAEFECTUS, totius Seminarii re-
gimen tenebit, visitabitque quos et
quando opportunum judicabit,
omnibus Actibus et exercitatio-
nibus quoties ita res expostulaverit,

præerit, Materias conferentiarum quotidianarum disponet, attendet et curabit ut omnia Statuta et Regulæ suam executionem habeant, Bona ad Seminarium pertinentia quoties necessitas postulaverit visitabit, in gravioribus autem bonorum negotiis cum Domino Provisore consulet et disponet, Alumnos ad Seminarium suscipiet et in Libro annotabit, peccunias ad proventum Seminarii pertinentes percipiet, et Procuratori dispensabit, quas cum adminiculo Magistri Cærimoniarum et Procuratoris vindicabit.

VICE-PRÆFECTUS

Exercitia Spiritualia disponet his

quibus

quibus opus fuerit, Recollectos cum fructu Spirituali juxta Statutum quartum visitabit. Historia Universali Ecclesiastica, Disputationibus privatis sub tempus Silentiorum (de quibus Statutum tertium Regula 23tia) pro quibus et Materias ex auditis Lectionibus tempestivè distribuet, atque in Stuba communi Tabula affiget, inter Seminaristas Concionibus, Catechismis, quas ipsemet disponet, recitationi horarum Canonicarum praesidebit, et diriget, negligentes, et discolos admonebit, puniet, in gravioribus ad Praefectum sese referet, Familiam nè ad quempiam

alium

alium pertineat; disponet, et ut sin=
guli suis officiis diligenter satis=
faciant animadvertet, Alumnos
ad Ecclesiam, vel ad Recreati=
ones euntes ac redeuntes comitia=
bitur. Typographiam administra=
bit, rationes perceptorum et
expensorum singulis quartua=
libus Præfecto porriget.

Director Clericorum.

MAGISTER CÆREMONIARUM, Sacris Cærimoniis, Rubri
cis Cantui diligenter attendet et
in utrisq Discipulos capaciores
procurabit, ita, ut semper ali=
qui in Cærimoniis Sacris, et in
Cantu cæteris antecellant. Con=
ferentiis binis de die præsi=
debit ut ibi nihil irresolutum
remaneat, Recollectos cum fru=

ctu

ctu Spirituali, cum Opus fuerit et
tempus vacaverit, visitabit,
Alumnos ad recreationes vel
ad Ecclesiam euntes et redeun:
tes comitabitur, Vice-Praefectum,
praesertim in Negotio Typogra:
phiae adjuvabit.

PROCURATOR res ad pe
nu, ad mensam, ad culinam per:
tinentes uti legumen, olera, pa:
nem, carnes, cerevisiam, buty
rum, caseum, ligna, mappas,
vasa culinaria, ceteraque ad
usum et commoditatem Men:
sae pertinentia providebit,
totum negotium Oeconomicum
domi et in villis
diligenter procurabit, aedificia
Omnia conservabit, de perceptis

et

et expensis rationes singulis
quartualibus Præfecto porriget;
in Cantu et Cærimoniis Magistrum
Cærimoniarum adjuvabit, re=
collectos pro temporis opportu=
nitate cum Spirituali fructu,
visitabit. Super hæc autem
omnia Dominus Provisor
animadvertet, an res in Semi=
nario et extra bonô ordinê cur=
rant, an verò de suo tramite
discesserint ut rursus in su=
um Ordinem reducat. Genera=
les rationes Præfecti de per=
ceptis et expensis singulis an=
nis audiet et approbabit. Quod
si aliquid grave corrigendum

immo

immutandum, innovandum, aut in ali-
quo dispensandum esset, id cum Con-
silio Praefecti, et Vice-Praefecti jun-
ctim faciet. Vice-Praefectus, Ma-
gister Caerimoniarum, Procu-
rator, et quando visum fuerit
Praefecto, aut Domino Provisori,
Mensae praesidebunt, ita se dis-
ponentes, ut unus eorum aut
duo secundae Mensae assideant,
Alumnos ad Ecclesiam, aut
ad recreationem euntes ac re-
deuntes comitabuntur, vel co-
mitabitur, Exercitio vesper-
tino seu examini conscientiae tum
mane Meditationi ac fructui
spirituali dicendo, aderunt prae-
sentes propter exemplum et pro-

pter

pter pietatem seriò manutenendam.

STATUTUM Sextum.
De Bibliotheca et suppellectili Domestica.

In Seminario Locus pro bibliotheca seorsivus erit, in qua repositoria Librorum ordinabuntur. Libri pro Bibliotheca hac necessariò conquirendi sunt Theologici Speculativi et morales, Philosophi Casuistæ, Canonistæ, Asceta, Concionatores, Expositores Sacræ Scripturæ, Historici, Chronologi, Geographi, Rituales, Biblia cum Concordantiis, Breviaria, Libri Ecclesiastici, ad Cantum et ad Sacras Cærimonias pertinentes: in his enim omnibus sunt inve

mi

minario exercitationes. A qua qui-
dem Bibliotheca una clavis pe-
nes Dominum Præfectum, altera
penes D. Vice-Præfectum manebit.
Quisquis verò ad usum Librum
acceperit in scorsivo libro in hunc
finem comparato se subscribat,
et post restitutionem subscriptio
eliminetur. Bibliothecæ In-
ventarium semel in Anno in
præsentia Domini Præfecti ve-
rificabitur, et si quid de novo
accesserit annotabitur. Nullus
Alumnorum res Seminarii qua-
lescunq̃ nec Libros sibi appro-
priabit, aut ex Seminario effe-
ret, nec accomodabit alteri cuipi-
am, nec consultò destruet, vel de

una

una in aliam habitationem si=
ne expresso consensu superio=
ris migrabit. Omnes et singuli
curabunt ut ubiq; honestas ac
munditiis, Inventarium Supel=
lectilis Domesticæ semel in an=
no circa Pascha verificabitur,
quæ de novo accesserunt inscri=
bentur, deteriora eliminabun=
tur. Culinarii Inventarii tamen
verificationem Dominus Pro=
curator cum Dispensatore quo=
libet Semestri # facient.

imo quo- libet qua- drime- stri.

STATUTUM 7mum
De Oratorio.

Oratorii pro singulis mensibus,
Unus ex Alumnorum Curator assi

gna

assignabitur, ad quem pertinebit bonum ordinem ibidem promovere, munditiemq̀ in omnibus servare, Inventarium quoq̀ Oratorii seorsivum conscribetur, et semel in Anno verificabitur, et quæ de novo accesserunt annotabuntur.

Statutum 8vum.
De Convictoribus.

Convictores hasce omnes Leges, Regulas et officia implere ac servare tenebuntur nisi fortè quem tituli distinguerent, cum illo ab officijs inferioribus implendis poterit dispensari. Servum nulli in Seminario fovere per

mittitur, concedi tamen potest, ut cum in Urbe foveat, certis solùm horis ac constitutis ad obsequium Domino praestandum veniat. Illi quoq[ue] ut eorum parcatur expensae biennium completum in Seminario manebunt, quô completô dimittentur ad Sacros Ordines; Quod eis favebit, si jam Philosophiam et Theologiam exaudiverint, aliàs tam diu donec hoc studium compleant; in Seminario manere tenebuntur.

STATUTUM 9mum
De Familia.

Familia Seminarii Coquus, qui munditiem et honestatem in coquendo servare tenebitur, et pro tempore in Statutis determinato cœnas, et prandia parabit. Coquo adjungendus est puer ad adjuvandum in coquendo cum onere; ut à coquo artem coquendi discat, pro casibus variis præsertim morbi. Dispensator Procuratori adjungendus est ut emat emenda ad mensam necessaria, Cerevisiam dispenset maltiq; officiis

pro

Procuratorem adjuvet. Tertianus providebit aquam, ligna, adjuvan=te puero coqui, Curritoria saltim bis in Septimana et parietes à pulveribus mundabit, Vasa cu=linaria ut sint semper munda lavabit, aliaq obsequia adjuvan=te puero coqui praestare tenebi tur. Custos portae singulis diebus Refectorium imò si opus fuerit etiam pluries de die et atrium purgabit, parietes mundabit mensas instruere ad prandi=um et cœnam adjuvabit, Cochle=aria cultros mundatos habebit, de destructis autem aut de per

di

ditis, et per quem statim informabit. Portam semper clausam et ab ea cla-
vem penes se perpetuò habebit nec eam alteri concedet. = Ad-
extremum Ius visitandi corri-
gendi idem seminarium, item cal-
culum et rationes de proventi-
bus perceptis et expensis toti-
es quoties opus fuerit immedi-
atè nobis et Illustrissimis Succe-
ssoribus Nostris Episcopis Cra-
coviensibus reservamus et re-
servatum esse volumus, ita tamen
ut juxta Statutum Nrô 5tum cu-
jusmodi rationes, expensarum et
perceptarum per Praefectum ab
illis qui eas erogaverint expedian-

tur, alias juxta solitam in Univer=
sitate Cracoviensi pro laudabilem
praxem suis temporibus quàm
studiosius fiant disposuimus.
Quæ omnia quatenus invariabili
ter ad suum effectum plenè de=
ducantur sub ligamine consci=
entiæ obstrinximus, et ad im
plendas ordinationes non=
obstantibus quibusvis de=
rogationibus, quinimò ad men=
tem S. Concil: Trid: Sess: 25ta
Cap: 5to. de Reform: obligavimus
et perpetualiter constituimus
ac sancivimus. Quoniam verò
alia scorsiva Ordinatione Nostra

Ita pariter judiciali subsecuta be:
neficia Ecclesiæ Parochialis S. Ja:
cobi extra mœnia Crac: videlicet
Casimiriæ Præfecto hujusce Semi:
narii, Ecclesiam verò Præpositura:
lem S. Stephani Cracoviæ con:
sistentem Vice:Præfecto, nunc
et pro tempore existentibus incor
poravimus, ac invisceravimus,
quocirca Clerici qui defectu Provi:
sionis ad obtinendos Sacros Ordi:
nes laborarent, quatenus pro Vi:
cariatu dictarum Ecclesiarum in
vim tituli Canonici seu Provisionis
Ita ante omnes alios quosvis Cleri:
cos præferibiliores promoveantur,

et

et pro eodem Titulo Vicariatûs Or:
dines Sacros suscipere valeant, ii:
demq̀ ordinati Vicarii, idonei exem:
plares in Spiritu ac disciplina
Ecclesiastica constantes atq̀ per:
severantes adinventi ad pingui:
ora Beneficia promoveantur,
adeòq̀ ut dictarum Ecclesiarum
Vicariatus sint ac reputentur
Provisi, ac locus eorum pro
Curatorum Beneficiorum Se:
minario ordinavimus. Præmissa
omnia quatenus vim majorem ac
perennitatem habeant, appro
bavimus, confirmavimus, rati:
ficavimus, Robur authoritatis

ordi

ordinaria, alias per S. Concilium Tri-
dentinum Nobis attributa et conces-
sa ac perpetuæ firmitatis Decre-
tum desuper apposuimus. Defe-
ctus quosvis juris et facti si qui
in præmissis irrepserunt sana-
vimus, prout quidem reputamus,
erigimus, fundamus, institui-
mus, eximimus, adjungimus,
adsorbimus, applicamus, incor-
poramus, inviscеramus, commit-
timus, tradimus, consignamus,
permittimus, concedimus, indul-
gemus, reservamus, disponi-
mus, obstringimus, obligamus,
sancimus, ordinamus, approba-
mus, confirmamus, ratificamus

appro

apposuimus, constituimus, sanamus, non solùm præmisso sed et quovis meliori modo.

Professio Fidei

Ego N firma fide credo et profiteor omnia et singula, quæ continentur in symbolo fidei, quo S. Romana Ecclesia utitur videlicet: Credo in unū Deū Patrē Omnipotentē Factorem Cœli et Terræ visibiliū omniū et invisibilium. Et in unū Dominum Jesū Christū Filiū DEI unigenitū et ex Patre natum ante omnia secula: Deū de Deo, ~~verū Genitum~~ Lumen de Lumine Deū verum de Deo verò Genitum n̄ factū consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostrā salutē descendit de Cœlis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine. Et homo factus est. Crucifixus etiā pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, Et ascendit in Cœlū sedet ad dexterā Patris, Et iterum venturus est cū Gloria, judicare vivos et mortuos, cujus Regni n̄ erit finis. Et in Spiritū Sanctum, Dominū et vivificantem, Qui ex Patre Filioq. procedit; Qui cū Patre & Filio simul adoratur et conglorificatur Qui locutus est per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicā et Apostolicā Ecclesiam. Confiteor unū Baptisma in remissionē pecca:

torum et expecto resurrectionē mortuorū et vitā ventu-
ri seculi. Amen

Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones reli-
quasq; ejusdem Ecclesiæ observationes et constitu-
tiones firmissime admitto et amplector.

Item Sacrā Scripturam juxta eū sensum quē
tenuit et tenet Sancta Mater Ecclesia, cujus est judi-
care de vero sensu et interpretatione Sacrarū scri-
pturarum admitto: nec eam unquam, nisi juxta u-
nanimem consensū Patrum, accipiā et interpretabor

Profiteor quoq; septem esse verè et propriè sa-
cramenta novæ legis à Jesu Christo Domino nostro
instituta, atq; ad salutē humani generis, licet ñ
omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum,
Confirmationem, Eucharistiā, Pœnitentiā, Extre-
mam Unctionem, Ordinē et Matrimoniū illaq;
gratiam conferre, et ex his baptismū, Confirma-
tionem et Ordinem sine Sacrilegio reiterari ñ posse.

Receptos quoq; et approbatos Ecclesiæ Catholi-
cæ ritus in supradictorum omniū Sacramentorum
solenni administratione recipio et admitto.

Omnia et singula quæ de peccato originali
et de justificatione in Sacro Sancta Trydentina
Synodo definita et declarata fuerunt amplector
et recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum
propriū et propitiatoriū Sacrificiū pro vivis et de-
functis: atq; in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramen-
to esse verè, realiter, et substantialiter Corpus et San-
guinem, una cū anima et Divinitate Dñi Nostri
Jesu Xti

fieriq conversionem totius substantiæ panis in Corpus et totius substantiæ vini in Sanguinem quã conversionem Catholica Ecclesia Transsubstantiationem nominat.

Fateor etiam sub altera tantũ specie totũ atq integrũ Christum verumq Sacramentũ sumi.

Constanter teneo Purgatoriũ esse animasq ibi detentas fideliũ suffragiis juvari: similiter et Sanctos una cũ Xto regnantes, venerandos, atq invocandos esse, eosq pro nobis Deo orationes offerre atq eorum Religuias esse venerandas.

Firmissime assero Imagines Xti ac Deiparæ semper Virginis, nec n̄ Aliorũ Sanctorũ, habendas et retinendas esse, atq eis debitũ honorem et venerationem impertiendam.

Indulgentiarũ etiã potestatẽ à Christo in Ecclesia ~~m~~ relictam fuisse, illarumq usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo.

Sanctã ~~Ecclesiam~~ Catholicam et Apostolicam Romanam Ecclesiam omniũ Ecclesiarũ Matrem et Magistram agnosco, Romanoq Pontifici B. Petri Apostolorum Principis Successori, ac Jesu Christo Vicario verã obedientiã spondeo et juro.

Cætera item omnia à sacris Canonibq et Oecumenicis Conciliis, ac præcipuè à sacrosan-

cta

Tridentina Synodo tradita, definita et declarata, indubitanter recipio atq; profiteor simulq; contraria omnia, atq; hæreses quascunq; ab Ecclesia damnatas, rejectas et anathematizatas, ego pariter damno rejicio et anathematizo.

Hanc verâ Catholicâ fidê extra qm nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor ac veraciter teneo, eandem integram, et inviolatam usq; ad extremum vitæ spiritum constantissime (: Deo adjuvante :) retinere et confiteri atq; à meis subditis v iis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri et prædicari, quantû in me erit curaturum.

Item obedientiam in licitis et honestis omnibus Seminarji istius Superioribus, nunc et pro tempore existentibus spondeo et promitto. Item quod omnia statuta dicti Seminarji observabo, neq; Alumnatum deserâ, nisi de scitu et licentia Superiorum. Ego N idem spondeo, voveo, ac juro sic me Deus adjuvet et hoc Sanctû DEI Evangelium.

Evangelium Jesu Christi
Secundam Lucam Cap: XI.

Loquente Jesu ad turbas: extollens você quædam Mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portavit et ubera quæ suxisti. At ille dixit: quinimmò Beati, qui audiunt Verbum DEI et custodiunt illud.





